Eam de predone uir mercatur peſſumus
Is eam huc cyrenas leno aduexit uirginē
Adoleſcens quidā huius ciuis acticos
Eam uidit rte e ludo fidicinio domuꝫ.
Amare occepit ad lenonem deuenit
Minis triginta ſibi puellam deſtinat.
Datqꝫ arabonem: & iure iurando alligat
Is leno: ut ſe æquū eſt: flocci nō fecit fidē
Neqꝫ quod iuratus adoleſcenti dixerat
Ei erat hoſpes parui ſiculus ſenex
Scelestus agrigentinus urbis proditor.
Is illius laudare infit formam uirginis
Et aliarū itidē quæ eius erant mulierculę
Infit lenonē ſuadere: ut ſecum ſimul
Eat in ſiciliam ibi eſſe homines uoluptarios
Dicit. poteſſe ibi eum fieri diuitem
Ibi eſſe queſtū maximū meretricibus
Perſuadet. nauis clanculū conducitur
Quicquid erat noctu in nauē comportat domo
Leno aduleſcenti qui puellā ab eo emerat
Ait ſeſe ueneri uelle uotū ſoluere
Id hic eſt ueneris phanū: & eo ad prandiū
Vocauit adoleſcentē. huc ipſe hīc illico
Conſcendit nauē. auehit meretriculas